(cf. Terent. Phorm. 2, 3, 80.). Cf. §. 60 sq. — ἀπέσφ. ἑαυτόν] Carystius in commentariis historicis (Athen. 11. p. 508. E.) auctor est Euphraeum, quum apud Perdiccam multum et gratia et auctoritate valuisset, Philippo regnum adepto a Parmenione Orei interfectum esse. — καθαρῶς] «integre.» Wolf. i. e. non lucri studio ductus. — §. **63**. αἴτιον-τό] 8, 56. — ἥδιον] cf. 4, 51. 5, 15. — τὰ πράγμ.] «salus et libertas patriae.» Bremi. V. 3, 12. — ἐν αὐτοῖς οἷς χαρίζ.] i. q. ἐν αὐτοῖς οἷς πρὸς χάριν δημηγοροῦσιν: in iis ipsis, quae cett., ne pro masculino habeas. — §. **64**. εἰσφέρειν ἐκέλ.] cf. ad 2, 29. Omissum est οἱ μὲν (sc. οἱ ὑπὲρ τοῦ βελτίστου λέγοντες), de qua ellipsi vid. *Herm.* ad Viger. p. 699. *Matth.* 288. adn. 4. «Huiusmodi ellipses dicas dialecticas, neque in tali verborum serie de ellipsibus veri nominis cogitandum. Nullius enim linguae consuetudo ad rectam s. dialecticam normam sic exacta est, ut non saepissime dicantur in universum, quae haud quaquam universe, sed specialiter intelligenda esse docet tenor continuo sequentium.» Schaef. ad Eur. Hecub. ed. *Pors.* p. 111. Cf. 18, 121. καὶ νόμους μεταποιῶν, τῶν δ' ἀφαιρῶν μέρη. 27, 9. μαχαιροποιοὺς μὲν τριάκοντα καὶ δύο ἢ τρεῖς ἀνὰ πέντε μνᾶς καὶ ἕξ, τοὺς δ' οὐκ ἐλάττονος ἢ τριῶν μνῶν ἀξίους. De Latinis cf. Liv. 3, 37. extr.: *et iam ne tergo quidem abstinebatur: virgis caedi, alii securi subiici. Forbig.* ad Virg. Aen. 4, 592. 5, 101. — ἕως ἐγκατελ.] «donec circumventi sunt.» Wolf. Bis sie in dem Netze gefangen waren. Iac. — ἐφ' οἷς χαρ.] ea dicebant, in quibus (wobei, i. e. quae dicentes) delectarent. — πολλὰ δὲ καὶ τὰ τελ.] multa et

*μεῖν καὶ μὴ πιστεύειν, οἱ δ' ἄγειν εἰρήνην, ἕως
ἐγκατελήφθησαν. τἆλλα τὸν αὐτὸν τρόπον οἶμαι
πάνθ', ἵνα μὴ καθ' ἕκαστα λέγω· οἱ μέν, ἐφ' οἷς
χαριοῦνται, ταῦτ' ἔλεγον, οἱ δ', ἐξ ὧν ἔμελλον σω-
θήσεσθαι. πολλὰ δὲ καὶ τὰ τελευταῖα οὐχ οὕτως
οὔτε πρὸς χάριν οὔτε δι' ἄγνοιαν οἱ πολλοὶ προΐ-
εντο, ἀλλ' ὑποκατακλινόμενοι, ἐπειδὴ τοῖς ὅλοις
ἡττᾶσθαι ἐνόμιζον. ὃ νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω* 65
*δέδοικ' ἐγὼ μὴ πάθηθ' ὑμεῖς, ἐπειδὰν εἰδῆτ' ἐκλο-
γιζόμενοι μηδὲν ὑμῖν ἐνόν. καίτοι μὴ γένοιτο μέν, ὦ
ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ· τεθνά-
ναι δὲ μυριάκις κρεῖττον ἢ κολακείᾳ τι ποιῆσαι*

---

§. **64**, 3. ἐγκατελείφθησαν Vind. 2. et rec. Σ (literis ει in eraso positis). — 4. ἐφ' οἷς Σ et pr. Υ] ἐφ' οἷς ἤδη *Bk.* — 5. ἔλεγον] ἔλεγον καὶ ἐλύπουν οὐδὲν *Bk.* ex mg. Υ, μὴ λυποῦν (apposito in mg. καὶ) Ω. — σωθήσεσθαι *F*ΣΥΩ Vind. 2. 3.] σωθήσεσθαι, προσῆσαν δ' ἀπέχθειαι rec. mg. ΣΥ (*Bk.*). In Σ quidem, ut *Vömelius* refert, m. antiq. minusculis literis margini adscripsit: προσῆσαν ἀπέχθειαι. — 7. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ Σ. — προΐεντο] προσίεντο *F*Σ Vind. 2., προεῖντο *A.* — §. **65**, 1. ἀπολλῶ pr. Σ^{ν}. — 2. ἐγὼ *A*Σ] ἔγωγε *Bk.* — εἰδῆτ' Σ] ἴδητε Υ et γρ. *F* (*Bk.*). — ἐκλογιζόμενοι Σ] γρ. λογιζόμενοι mg. Vind. 2., ἐκ λογισμοῦ *Bk.* — 3. ὑμῖν] ἐν ὑμῖν Σ. Fort. ἔθ' ὑμῖν. — ἐνόν] ἐνόν· καὶ τοὺς εἰς ταῦθ' (τοῦθ' Σ^{ν}) ὑπάγοντας ὑμᾶς ὁρῶν οὐκ ὀρρωδῶ, ἀλλὰ δυσωποῦμαι· ἢ γὰρ ἐξεπίτηδες ἢ δι' ἄγνοιαν εἰς χαλεπὸν πρᾶγμα ὑπάγουσι τὴν πόλιν rc. mg. ΣΥ Vind. 2. 4. — γένοιτο μὲν Σ^{ν}] γένοιτο *Bk.* — ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] ὡς Σ. — 4. πράγματα Σ^{ν}. — τεθνᾶναι Σ^{ν}. — 5. δὲ Σ] γὰρ *Bk.*

---

quidem postrema (i. e. ea quae postremo prodiderunt). — οὐχ οὕτως - ἀλλ'] «pro ἀλλὰ exspectes ὡς. Sed ita saepius Graeci. Non multum differt οὐ μᾶλλον ἀλλά.» Schaef. — τοῖς ὅλοις] 1, 3.: in summa re, quod summam rempublicam perditam putabant. — §. **65**. ἐπειδὰν εἰδῆτ' ἐκλ.] ubi ratiocinantes (statum rerum exputantes) intellexeritis nihil vos proficere. Nam quod dicit μηδὲν ὑμῖν ἐνόν (dass nichts mehr für euch zu thun ist, Iac.), id e superioribus verbis explicandum est; metuit enim orator, ne Athenienses, ubi pristinam potentiam et gloriam recuperari atque in integrum restitui non posse intellexerint, succumbant penitusque se Philippi fautoribus tradant. Vulgo legitur ἐκ λογισμοῦ (ubi videritis consilio nihil vos proficere), quasi consiliis bella gerantur. — ἐν τούτῳ] neutrum est: verum absit, ut res eo redeant. — τεθνάναι δέ] i. e. εἰ δὲ γένοιτο, τεθνάναι κτλ. Ceterum cf. Cic. de offic. 1, 31, 113. *At Aiax, quo animo traditur, milies oppetere mortem*

66 *Φιλίππου. καλήν γ' οἱ πολλοὶ νῦν ἀπειλήφασιν* 128
Ὠρειτῶν χάριν, ὅτι τοῖς Φιλίππου φίλοις ἐπέτρεψαν αὑτούς, τὸν δ' Εὐφραῖον ἐώθουν· καλήν γ' ὁ δῆμος ὁ Ἐρετριέων, ὅτι τοὺς μὲν ὑμετέρους πρέσβεις ἀπήλασεν, Κλειτάρχῳ δ' ἐνέδωκεν αὑτόν· δουλεύουσί γε μαστιγούμενοι καὶ σφαττόμενοι. καλῶς Ὀλυνθίων ἐφείσατο τῶν τὸν μὲν Λασθένη ἵππαρχον χειροτονησάντων, τὸν δὲ Ἀπολλωνίδην ἐκβαλόντων.
67 *μωρία καὶ κακία τὰ τοιαῦτα ἐλπίζειν, καὶ κακῶς βουλευομένους καὶ μηδὲν ὧν προσήκει ποιεῖν ἐθέλοντας, ἀλλὰ τῶν ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν λεγόντων ἀκροωμένους τηλικαύτην ἡγεῖσθαι πόλιν οἰκεῖν τὸ μέγεθος, ὥστε μηδ' ἂν ὁτιοῦν ἢ δεινὸν πείσεσθαι.*
68 *καὶ μὴν κἀκεῖνό γε αἰσχρόν, ὕστερόν ποτ' εἰπεῖν·*

---

§. **65**, 6. Φιλίππου pr. Σ] Φιλίππῳ rec. corr. Σ (*Bk.*). Post hoc voc. codd. (praeter Σ) et edd. addunt: καὶ προέσθαι τῶν ὑπὲρ ὑμῶν λεγόντων τινάς. — §. **66**, 5. δὲ $Σ^{ν}$. — 6. σφαττόμενοι *A*Σ et γρ. Υ] στρεβλούμενοι suprascr. rec. Σ (*Bk.*). — §. **68**, 1. κἀκεῖνό *A* et $Σ^{d}$] ἐκεῖνό *Bk.* Cf. §. 30. — εἰπεῖν Σ] εἰπεῖν συμβάντος τινός *Bk.* —

---

potius, quam illa perpeti maluisset. — §. **66**. καλήν γ'] praeclaram vero. Recte *Bremius* γέ ironice affirmativum esse dixit, i. e. quae in ipso adiectivo καλήν inest vis ironiae, ea intenditur et augetur apposito γέ. Cf. 7, 32. *Weber* ad 23, 121. — ἐώθουν] «pellebant i. e. repudiabant, aversabantur.» Wolf. — δουλεύουσί γε] si nihil aliud, certe serviunt. Nihil in his ironiae est. — §. **67**. κακία] h. l. ignavia. — τὰ τοιαῦτα ἐλπίζειν] qualia illi, quum Philippo se tradebant, sperabant, sc. οὐδὲν δεινὸν πείσεσθαι. — βουλευομένους] sc. τινάς (v. 2, 5.). Infinite loquens Athenienses significat. Cf. §. 73. — ὥστε-δεινὸν (i. q. δεινόν τι, v. ad 5, 13.) πείσεσθαι] «adverte constructionem particulae ὥστε cum infinitivo futuri πείσεσθαι. Herodotus 1, 189.: ἐπηπείλησε, οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως διαβήσεσθαι.» Schaef. Cf. §. 70. ad 3, 9. Nempe quia futurum esse negant, ut quidquam mali patiantur, futurum tempus, non praesens (πάσχειν) poni debebat. — §. **68**. τίς γάρ] 4, 10. «Falluntur qui γὰρ non putant in interrogatione poni posse, nisi ubi aut e praecedentibus aut e sequentibus verbis aliqua ratio erui possit, quare γὰρ significet *igitur*. Nam quaevis interrogatio ita est comparata, ut recte in ea γὰρ adhibeatur, quemadmodum Romani etiam quisnam, ubinam vel namquis,

«τίς γὰρ ἂν ᾠήθη ταῦτα γενέσθαι; νὴ τὸν Δία, ἔδει γὰρ τὸ καὶ τὸ ποιῆσαι καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι.» πόλλ' ἂν εἰπεῖν ἔχοιεν Ὀλύνθιοι νῦν, ἃ τότ' εἰ προείδοντο, οὐκ ἂν ἀπώλοντο· πόλλ' ἂν Ὠρεῖται, πολλὰ Φωκεῖς, πολλὰ τῶν ἀπολωλότων ἕκαστοι.
ἀλλὰ τί τούτων ὄφελος αὐτοῖς; ἕως ἂν σώζηται τὸ 69
σκάφος, ἄν τε μεῖζον ἄν τ' ἔλαττον ᾖ, τότε χρὴ καὶ ναύτην καὶ κυβερνήτην καὶ πάντ' ἄνδρα ἑξῆς προθύμους εἶναι καὶ ὅπως μήθ' ἑκὼν μήτ' ἄκων μηδεὶς ἀνατρέψει, τοῦτο σκοπεῖσθαι· ἐπειδὰν δὲ ἡ
θάλαττα ὑπέρσχῃ, μάταιος ἡ σπουδή. καὶ ἡμεῖς τοί- 70
νυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἕως ἐσμὲν σῷοι, πόλιν μεγίστην ἔχοντες, ἀφορμὰς πλείστας, ἀξίωμα κάλλιστον, τί ποιῶμεν; πάλαι τις ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων κάθη-

---

3. καὶ τὸ μὴ] imo καὶ τὸ καὶ τὸ μή. Schaef. — 4. et 5. πολλ' Σ^{ν}. — §. 69, 3. πάντα Σ^{ν}. — 5. ἀνατρέψει *Schaefer.*] ἀνατρέψῃ codd. (*Bk.*). — 6. ὑπερσχῇ Σ^{ν}. — §. 70, 4. ποιοῦμεν *A* et rec. corr. Σ.

---

nam ubi dicunt. Nimirum in quavis interrogatione hoc potest intelligi: incertus sum vel miror vel dic mihi. Unde quum ipsa sequitur interrogatio, recte γὰρ aut nam adhibetur, ut quo caussa indicetur et ratio, quare quis incertus sit aut miretur aut dici sibi aliquid velit.» Herm. ad Aristoph. Nub. 192. — ἔδει γάρ] γὰρ ad sententiam, quae in vv. νὴ τὸν Δία latet, referendum: οὐκ ᾠήθημεν. — τὸ καὶ τό] 18, 243. εἰ τὸ καὶ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος οὑτοσί, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. Cf. 45, 45. τὰ καὶ τὰ 54, 26. — προείδοντο] «i. e. προὐσκέψαντο, quo sensu medii usus est legitimus.» Schaef. Cf. ad 5, 11. — §. 69. σώζηται] i. e. σῶν ᾖ. — ναύτην] «pro ναύτας: nec enim in nave singuli remiges sunt, ut gubernatores.» Wolf. — πάντ' ἄνδρα ἑξῆς] omnem deinceps vectorem, i. e. ad unum omnes. 24, 70. τἀναντία δ' ἑξῆς πάντα. De v. καὶ v. ad 1, 6. — ἀνατρέψει] Aesch. 3, 158. ἐπὶ μὲν τοὺς πορθμέας τοὺς εἰς Σαλαμῖνα πορθμεύοντας νόμον ἔθεσθε, ἐάν τις αὐτῶν ἄκων ἐν τῷ πόρῳ πλοῖον ἀνατρέψῃ, τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πάλιν πορθμεῖ γενέσθαι. — ὑπέρσχῃ] sc. τοῦ σκάφους. — §. 70. καὶ ἡμεῖς] i. q. οὕτω καὶ ἡμεῖς (v. 3, 18.), sed quod dicturus erat orator, se quoque ad exemplum navigantium, ne respublica evertatur, cavere oportere, subito relinquit oratione in interrogationem conversa. — ἀξίωμα] §. 43. 4, 3. — ἡδέως ἂν ἴσ. ἐρ. κάθ.] «recte positum ἄν, quod simulatque interpungas apparet: πάλαι τις, ἡδέως ἂν ἴσως, ἐρωτήσων κάθηται. Supplendum est enim ἐρωτῶν

ται. ἐγὼ νὴ Δί' ἐρῶ καὶ γράψω δὲ, ὥστε, ἂν βού- 129
λησθε, χειροτονήσετε. αὐτοὶ πρῶτον ἀμυνόμενοι καὶ
παρασκευαζόμενοι, τριήρεσι καὶ χρήμασι καὶ στρα-
τιώταις λέγω· καὶ γὰρ ἂν ἅπαντες δήπου δουλεύειν
συγχωρήσωσιν οἱ ἄλλοι, ἡμῖν γ' ὑπὲρ τῆς ἐλευθε-
71 *ρίας ἀγωνιστέον· ταῦτα δὴ πάντ' αὐτοὶ παρεσκευ-*
ασμένοι καὶ ποιήσαντες φανερὰ τοὺς ἄλλους ἤδη
παρακαλῶμεν καὶ τοὺς ταῦτα διδάξοντας ἐκπέμπω-
μεν πρέσβεις, ἵν', ἂν μὲν πείσητε, κοινωνοὺς ἔχητε
καὶ τῶν κινδύνων καὶ τῶν ἀναλωμάτων, ἄν τι δέῃ·
72 *εἰ δὲ μὴ, χρόνους γ' ἐμποιῆτε τοῖς πράγμασιν. ἐπει-*
δὴ γάρ ἐστι πρὸς ἄνδρα καὶ οὐχὶ συνεστώσης πό-
λεως ἰσχὺν ὁ πόλεμος, οὐδὲ τοῦτ' ἄχρηστον, οὐδ' αἱ
πέρυσι πρεσβεῖαι περὶ τὴν Πελοπόννησον ἐκεῖναι καὶ
κατηγορίαι, ἃς ἐγὼ καὶ Πολύευκτος ὁ βέλτιστος

---

§. **70**, 5. ὥστ' ἐὰν *Dind.* — 6. χειροτονήσετε *F*ΣΥΩ Vind. 2. 3. 4.] χειροτονήσατε *Bk.* Cf. 4, 30. — §. **71**, 1. παρεσκευασμένοι Σ] παρασκευασάμενοι *Bk.* — 2. ποιήσαντες φαν. pr. Σ] ποιήσαντες φαν. τοῖς Ἕλλησι rec. Σ, ποιήσαντες τοῖς Ἕλλησι φαν. *Bk.* — τοὺς ἄλλους pr. Σ] τοῖς ἄλλοις rec. Σ. — 3. παραδῶμεν Σ, sed παρακαλῶμεν a m. antiqua suprascr. — 4. πρέσβεις Σ] πρέσβεις πανταχοῦ, εἰς Πελοπόννησον, εἰς Ῥόδον, εἰς Χίον, ὡς βασιλέα λέγω (οὐδὲ γὰρ τῶν ἐκείνῳ συμφερόντων ἀφέστηκε τὸ μὴ τοῦτον ἐᾶσαι πάντα καταστρέψασθαι) rec. mg. Σ cum ceteris codd. (*Bk.*, nisi quod πανταχοῖ ex Ω dedit). — ἵν' - Πελοπόννησον §. 72. in mg. Σ a m. antiqua vel, ut *Dübnerus* existimat, quarta repetita sunt. — ἂν Σ Vind. 4.] ἐὰν *Bk.* — §. **72**, 4. πρεσβεῖαι, αἱ *Bk.*

---

sive τοῦτο ποιῶν.» Herm. — ἐρῶ καὶ γρ. δέ] «referam et auctor ero.» Wolf. De καὶ - δέ v. 3, 15. — λέγω] 8, 24. — §. **71**. δή] v. ad 4, 21. — παρεσκ. καὶ ποιήσ. φαν.] cf. ad §. 26. Apparatum belli confectum absolutumque esse vult prius quam ceteri Graeci ad societatem belli invitentur. — ἤδη] demum, ut τότ' ἤδη. Cf. 3, 17. — διδάξοντας] i. e. οἳ ταῦτα φανερὰ ποιήσουσιν, scil. ὅτι παρεσκεύασθε. Cf. 8, 76. — ἄν τι δέῃ] 4, 16. — χρόνους γ' ἐμπ.] i. q. διατριβάς γε ἐμπ., moram inferatis s. interponatis. 36, 2. οὐχ ἵν' ἐκκρούοντες χρόνους ἐμποιῶμεν. Cf. 23, 93. Idem dicitur χρόνον ποιεῖν 19, 163., ut et χρόνου ἐγγιγνομένου (47, 30. 32.) et χρόνου γενομένου (45, 4.). — §. **72**. συνεστώσης πόλεως] coniunctae civitatis (gegen die Kräfte eines ganzen Staats. Iac.). — τοῦτ'] τὸ χρόνους ἐμποιεῖν τοῖς πράγμασιν. — αἱ πέρ. πρ.] Olymp. 109, 2. Scil. ἄχρηστοι ἐγέ-

ἐκεινοσὶ καὶ Ἡγήσιππος καὶ οἱ ἄλλοι πρέσβεις περιήλθομεν, καὶ ἐποιήσαμεν ἐπισχεῖν ἐκεῖνον καὶ μήτ' ἐπ' Ἀμβρακίαν ἐλθεῖν μήτ' εἰς Πελοπόννησον ὁρμῆσαι. οὐ μέντοι λέγω μηδὲν αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτῶν 73
ἀναγκαῖον ἐθέλοντας ποιεῖν τοὺς ἄλλους παρακαλεῖν· καὶ γὰρ εὔηθες τὰ οἰκεῖα αὐτοὺς προεμένους τῶν ἀλλοτρίων φάσκειν κήδεσθαι καὶ τὰ παρόντα περιορῶντας ὑπὲρ τῶν μελλόντων τοὺς ἄλλους φοβεῖν. οὐ λέγω ταῦτα, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐν Χερρονήσῳ χρήματ' ἀποστέλλειν φημὶ δεῖν καὶ τἄλλα ὅσα ἀξιοῦσι
130 ποιεῖν, αὐτοὺς δὲ παρασκευάζεσθαι, τοὺς δ' ἄλλους Ἕλληνας συγκαλεῖν, συνάγειν, διδάσκειν, νουθετεῖν· ταῦτ' ἐστὶ πόλεως ἀξίωμα ἐχούσης, ἡλίκον ὑμῖν ὑπάρχει. εἰ δ' οἴεσθε Χαλκιδέας τὴν Ἑλλάδα σώσειν ἢ 74
Μεγαρέας, ὑμεῖς δ' ἀποδράσεσθαι τὰ πράγματα,

---

de coni. *Reiskii.* — 6. Ἡγήσιππος *F*ΣΥΩ Vind. 2. 3. 4.] Ἡγήσιππος καὶ Κλειτόμαχος καὶ Λυκοῦργος *Bk.* — 8. εἰς *A*Σ] ἐς *Bk.* — §. **73**, 3. προεμένους *F*ΣΩ] προϊεμένους *Bk.* — 8. τοὺς δ' *F*ΣΥΩ Vind. 3. 4.] καὶ πρώτους ἃ χρὴ ποιοῦντας τότε καὶ τοὺς *Bk.*

νοντο. — περὶ τὴν Π.] i. e. in varias Peloponnesi civitates. Thuc. 6, 2, 6. ᾤκουν δὲ καὶ Φοίνικες περὶ πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν. Cf. *Heind.* ad Hor. Sat. 1, 6, 58. De collocatione verborum vid. ad 7, 22. — καὶ κατηγορίαι] πρεσβεῖαι καὶ κατηγ. ut ἓν διὰ δυοῖν criminosas legationes interpretantur, ita ut quod sequitur ἃς — περιήλθομεν habeat quo referatur, *Krügerus* (gr. 58, 2, 9.) autem pron. ἃς ad remotiorem notionem (πρεσβ.), ut quae praevaleret, relatum esse statuit. Probabile tamen est verba καὶ κατηγορίαι (καὶ Ἀκαρνανίαν coniecit *Winiewsky* coll. Aesch. 3, 97., καὶ Ἀμβρακίαν *Droysen*, καὶ κατ' Ἤπειρον *Sauppius*) corrupta esse. — ἐκεινοσί] δεικτικῶς. «Sedebat enim homo in coetu audientium Demosthenem.» Schaef. — §. **73**. αὐτούς] cf. §. 67. — εὔηθες] cf. §. 47. — συγκαλεῖν κτλ.] «συγκαλεῖν in universum est invitare; si invitatio nihil effecerit, συνάγειν, quod fortius est, instantis et urgentis; διδάσκειν, edocere de vera rerum conditione iisque quae inde consecutura sint; νουθετεῖν, edoctos oratione et momentorum gravitate ad factum compellere.» Br. Cf. 8, 76. — §. **74**. ὑμεῖς δ' ἀποδρ.] cf. 19, 331. εἶτ' οἴεσθε ὑμεῖς μὲν οὕτω γιγνώσκειν, τὸν δὲ Φίλιππον οὐχ οὕτως. Cf. ad §. 9. — τὰ πράγματα]

οὐκ ὀρθῶς οἴεσθε· ἀγαπητὸν γάρ, ἐὰν αὐτοὶ σώζωνται τούτων ἕκαστοι. ἀλλ' ὑμῖν τοῦτο πρακτέον· ὑμῖν οἱ πρόγονοι τοῦτο τὸ γέρας ἐκτήσαντο καὶ
75 *κατέλιπον μετὰ πολλῶν καὶ μεγάλων κινδύνων. εἰ δ' ὃ βούλεται ζητῶν ἕκαστος καθεδεῖται καὶ ὅπως μηδὲν αὐτὸς ποιήσει σκοπῶν, πρῶτον μὲν οὐδὲ μή ποθ' εὕρῃ τοὺς ποιήσοντας, ἔπειτα δέδοικα, ὅπως μὴ πάνθ' ἅμα, ὅσα οὐ βουλόμεθα, ποιεῖν ἡμῖν ἀνάγκη γένηται.*

76 *Ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα λέγω, ταῦτα γράφω· καὶ οἴομαι καὶ νῦν ἔτι ἐπανορθωθῆναι ἂν τὰ πράγματα τούτων γιγνομένων. εἰ δέ τις ἔχει τούτων βέλτιον, λεγέτω καὶ συμβουλευέτω. ὅ τι δ' ὑμῖν δόξει, τοῦτ', ὦ πάντες θεοί, συνενέγκοι.*

---

§. **74**, 3. ἐὰν Σ] ἂν *Bk.* — 6. καὶ μεγάλων] καὶ καλῶν καὶ μεγάλων *FΥΩ* Vind. 2. et rec. Σ. — §. **75**, 2. δὲ Σᵛ. — 3. ποιήσει] ποιήσῃ ΥΩ et, ut videtur, pr. Σ, in quo ει ab eadem manu (*Vöm.*) in eraso positum est. — οὐδὲ ΣΥΩ Vind. 2. 3. 4.] οὐ *Bk.* — 6. γένηται *A*ΣΩ] γενήσεται *Bk.* Post hoc v. in codd. praeter *F*ΣΩ haec adduntur: εἰ γὰρ ἦσαν, εὕρηντ' ἂν πάλαι ἕνεκά γε τοῦ μηδὲν ἡμᾶς αὐτοὺς ποιεῖν ἐθέλειν· ἀλλ' οὐκ εἰσίν· quae vv. *Bekk.* uncis inclusit, *Rüdigerus* auctore *Schaefero* post v. ποιήσοντας posuit. — §. **76**, 3. ἔχει pr. Σ, ἔχῃι ab eadem manu corr. Σ. — τούτων Σ] τι τούτων *A*, τούτων τι *Bk.* — βέλτιον] βελτίω *F*Ωᵛ Vind. 2. et pr. Υ. — 4. δὲ Σᵛ. — δόξει pr. Σ, δοξῃι ab eadem manu corr. Σ, δόξειε ceteri codd.

---

i. e. rerum gerendarum molestias. — ἀγαπητὸν γάρ] scil. ἐκείνοις, i. q. ἀγαπῶσι γάρ: satis illi habent, si ipsi serventur. Cf. 3, 30. 31. 51, 20. οἷς ἀγαπητὸν ἦν μὴ πάσχουσι κακῶς αὐτοῖς. «Tam imbecilli sunt illi, vix ut se ipsos tueri possint: Graeciam universam servatum iri illorum opibus si quis sperat, insanit.» Schaef. — §. **75**. ὃ βούλεται ζητῶν] id, quod cupit s. quod ipsi gratum est, non quod e republica faciendum est, quaerens. — οὐδὲ μή ποθ'] 4, 44. — ἀνάγκη] 7, 14.

NOMINA PROPRIA.

A.

B.

Γ.

Δ.

E.

Z.

H.

Θ.

I.

K.

Λ.

M.

N.

O.

Π.

P.

Σ.

T.

Φ.

Tabula chronologica.

Ol. 98, 4. $\frac{385}{384}$ Dexitheus archon.

Demosthenes natus est.

Ol. 99, 1. $\frac{384}{383}$ Diotrephes.

Aristoteles nascitur.

Ol. 99, 2. $\frac{383}{382}$ Phanostratus.

Philippus nascitur parentibus Amynta rege Macedoniae et Eurydice; fratres natu maiores Alexandrum et Perdiccam habet

Lacedaemonii Olynthiis bellum inferunt. Olynthii, validissima tum gens, impressione in Macedoniam facta magnum agri tractum et complures urbes simul vi simul foedere sibi adiunxerant, cum Thracibus vicinis amicitiam inierant, cum Atheniensibus et Boeotis de foedere egerant, nihilque omiserant quo opes suas augerent. Itaque factum est, ut legati Acanthiorum et Apolloniatarum, quibus et ipsis periculum ab Olynthiis immineret, Lacedaemonios adirent auxilium adversus Olynthios rogaturi. Lacedaemonii assumpto in societatem belli Amynta aestate anni

Ol. 99, 3. $\frac{382}{381}$ Evander sive Menander.

exercitum duce Phoebida miserunt, qui in itinere Cadmeam proditione captam praesidio firmavit, multos Thebanos eiecit eaque fraude totam Boeotiam Lacedaemoniis obnoxiam reddidit. Quare in Phoebidae locum Teleutias, Agesilai frater, imperator Olynthum missus est (verno tempore s. 381), qui post aliquot dubia vel fausta proelia media aestate anni

Ol. 99, 4. $\frac{381}{380}$ Demophilus.

proelio victus et caesus est. Agesipolis rex cum imperio missus est. Quo

Ol. 100, 1. $\frac{380}{379}$ Pytheas.

media aestate mortuo Polybiades imperator missus Olynthios fame adegit, ut in societatem Lacedaemoniorum concederent.

Ol. 100, 2. $\frac{379}{378}$ Nicon.

Pelopidas cum reliquis exsulibus Thebanorum Cadmeam Atheniensium auxilio adiuti recuperant hieme. Eadem hieme Cleombrotus cum exercitu in Boeotiam profectus infecta re rediit. Interim Sphodrias harmosta Thespiensium quum repentina in Atticam invasione Piraeo potiri conatus esset, Athenienses frustra apud Lacedaemonios de violata pace conquesti inita cum Thebanis aliisque civitatibus societate bellum contra Lacedaemonios suscepere. Qua re Agesilaus magna manu in Boeotiam profectus aestate (ante messem)

Ol. 100, 3. $\frac{378}{377}$ Nausinicus.

levibus aliquot proeliis varia fortuna commissis quum Spartam revertisset, Phoebidas dux a Thebanis superatus occiditur. Itaque Agesilaus nova expeditione in Boeotiam facta (vere 377) Thebanos ad Tanagram vicit. Hinc rediens morbo implicatur.

Ol. 100, 4. $\frac{377}{376}$ Callias.

Vere (376) Cleombrotus iterum cum imperio in Boeotiam missus rem male gessit.

Ol. 101, 1. $\frac{376}{375}$ Charisander.

Chabrias classem Lacedaemoniorum ad Naxum superat Boedromionis die 16. (Septembri 376).

Timotheus Cononis filius, postquam Corcyram expugnavit atque alias insulas et urbes a Lacedaemoniis abalienavit, Lacedaemoniorum classe ad Leucadem promontorium s. ad Alyziam urbem Scirophorionis die 12. (Iunio 375) devicta maris imperium Atheniensibus restituit.

Ol. 101, 2. $\frac{375}{374}$ Hippodamas s. Hippodamus.

Lacedaemoniis a Thebanis ad Tegyras (aestate 375) devictis augetur animus Thebanorum et superbia. Itaque Athenienses Thebanis rerum incrementa invidentes pace cum Lacedaemoniis composita Timotheum, qui eo tempore Thraciae aliquot civitates in fidem Atheniensium receperat, domum reverti iusserunt.

Ol. 101, 3. $\frac{374}{373}$ Socratides.

Is dum revertitur, Źacynthiorum exsules reduxit (aestate 374). Quae caussa fuit belli inter Athenienses et Lacedaemonios redintegrati. — Interea Thebani Plataeenses, qui illorum imperium detrectantes in fidem Atheniensium se handituri erant, adorti urbem diruerant civesque expulerant, qui Athenas profecti in civitatem recepti sunt (aestate 374). Paullo post propter similem caussam etiam Thespiae deletae sunt Orchomeniisque bellum illatum est.

Cleombrotus cum quattuor moris in Phocidem missus, ut Thebanos arceret.

Timotheus praetor contra Mnasippum, qui Corcyram obsidebat, creatus, quum cunctari visus esset, priusquam urbe proficisceretur, imperium abdicare iubetur (Aprili 373). In eius locum Iphicrates sufficitur cum Callistrato et Chabria. Is collectis undique navibus

Ol. 101, 4. $\frac{373}{372}$ Asteius.

in Corcyram venit (aestate 373), quo tempore Mnasippus iam caesus erat, bellumque adversus Lacedaemonios feliciter gessit.

Eodem anno (Novembri 373) Timotheus ab Iphicrate et Callistrato rerum male gestarum accusatus maxime Iasonis Pheraei et Alcetae Molossi opera absolvitur; post (Maio 372) in Asiam ad regem proficiscitur. Iphicrates autem in sinu Ionio stationem habet.

Ol. 102, 1. $\frac{372}{371}$ Alcisthenes.

Athenienses de Plataeensium et Thespiensium interitu indignati, simul quod Thebanorum crescentem potentiam metuebant, pacem cum Lacedaemoniis facere decreverunt, invitatisque ad eam rem Thebanis Spartae in communi omnium concilio pax facta est ea conditione, ut utrique dimissis exercitibus ceteras urbes Graeciae sui iuris esse sinerent (Iunio 371). Quod quum Thebani neque milites dimitterent neque Boeotos in libertatem restituerent, Cleombrotus, qui in Phocide cum exercitu erat, in Thebanos proficisci iussus

Ol. 102, 2. $\frac{371}{370}$ Phrasiclides.

viginti diebus post pacem factam Hecatombaeonis die 5. (Iunii die 7.) a Thebanis ad Leuctra superatur. Qua clade principatus Graeciae a Lacedaemoniis ad Thebanos transiit. — Paucis mensibus post Arcades reviviscente libertatis studio Megalopolin caput imperii futurum condiderunt et Mantineam adiuvantibus Thebanis instaurarunt.

Ol. 102, 3. $\frac{370}{369}$ Dysnicetus.

Agesilaus cum exercitu in Arcadiam missus hieme (370) infectis rebus rediit. Eadem hieme Thebani, dum Pelopidas Thessalis adversus Macedones opem fert, duce Epaminonda, ut Mantinensibus et Tegeatis contra Agesilaum auxilio venirent, in Arcadiam profecti sunt, ubi quum hostem nullum repperissent, suadentibus sociis in Laconicam invaserunt ibique tres menses commorati, postquam Messenen urbem instaurarunt, simul inopia omnium rerum coacti, simul quod Athenienses rogantibus Lacedaemoniis subsidia duce Iphicrate miserant, ineunte anno 369 domum reverterunt. Eo tempore Athenienses cum Lacedaemoniis societatem belli adversus Thebanos gerendi inierunt.

Ol. 102, 4. $\frac{369}{368}$ Lysistratus.

Thebani iterum in Peloponnesum ingressi, quum subsidia a Dionysio Lacedaemoniis missa essent, post paucos dies domum abierunt (aestate 360). Legatus ab Ariobarzane Persarum regis satrapa missus frustra pacem inter Lacedaemonios et Thebanos conciliabat.

Amyntas rex Macedoniae moritur relictis tribus filiis, Alexandro, Perdicca et Philippo, quorum natu maximus Alexander regnum paternum suscepit Iphicratis ope, qui illuc propter Amphipolin missus Eurydicae rogatu Pausaniam regnum Macedoniae affectantem depulit. Philippus autem, qui iam antea a patre Illyriis obses traditus fuerat, ab his redditus aut repetitus (nam moriente patre in Macedonia erat), quum Pelopidas cum Thessalis Macedones premeret obsidesque pacis flagitasset, puer quattuordecim annorum cum triginta aliis nobilibus pueris Pelopidae traditus atque Thebas delatus est ibique triennio vixit. Quae res puero altioris spiritus multum profuit. Nam non solum Epaminondae disciplina atque exemplo usus multum in re bellica profecit, sed discordiam Graecorum coram intuens facile intellexit, quantum illa ad subigendam Graeciam momenti habitura esset.

Ol. 103, 1. $\frac{368}{367}$ Nausigenes.

Archidamus de Arcadibus ingentem victoriam reportavit (367). Quo facto Pelopidas cum aliis legatis ad regem Persarum de auxilio missus est.

Ptolemaeus Alorita interfecto Alexandro regno Macedoniae potitur.

Ol. 103, 2. $\frac{367}{366}$ Polyzelus.

Legatis Thebanorum e Perside reversis quum Arcades aliique socii Thebanorum defecturi viderentur, Epaminondas expeditionem in Achaiam fecit (366).

Ol. 103, 3. $\frac{366}{365}$ Cephisodorus.

Oropus Atheniensibus per Themisonem Eretriensem et Theodorum erepta in fidem Thebanorum venit. Callistratus Callicratis filius Aphidnaeus cum Chabria proditionis accusatus orationem illam habuit, qua Demosthenem ad eloquentiae studium inflammatum esse narrant.

Athenienses et Arcades societatem ineunt. Corinthii cum Thebanis pacem faciunt.

Ol. 103, 4. $\frac{365}{364}$ Chion.

Bellum inter Arcades et Eleos geritur.

Perdiccas Ptolemaeo Aloritae Eurydicae ope e medio sublato in regno succedit. A quo Philippus Thebis in Macedoniam re-

versus intercedente, ut ferunt, Platone terram, qua manum militum aleret, impetravit.

Ol. 104, 1. $\frac{364}{363}$ Timocrates.

Demosthenes caussam in tutores agit.

Pelopidas Alexandrum Pheraeum atroci proelio superat, in quo ipse occisus est. Alexander Thebanis obnoxius fit.

Thebani Orchomenum diruunt.

Timotheus Toronen et Potidaeam expugnavit, ad quas urbes recuperandas Olynthii Macedonum auxilia arcessiverunt. Cum Perdicca de Amphipoli bellatum est indutiaeque a Callisthene, Atheniensium duce, factae sunt, quibus ea urbs in Macedonum potestate mansit.

Ol. 104, 2. $\frac{363}{362}$ Chariclides.

Quarta Epaminondae in Peloponnesum expeditio. Pugna ad Mantineam Scirophorionis die 12. (Iunio 362). Epaminondas occiditur.

Ol. 104, 3. $\frac{362}{361}$ Molo.

Atheniensium expeditiones duae, altera in Alexandrum Pheraeum, a quo Tenus insula capta tenebatur, altera in Thraciam pro Miltocythe, qui a Cotye defecerat, susceptae prosperum eventum non habuerunt.

Artaxerxes Ochus recens regnum adeptus in Tachum, Aegypti regem, qui defecerat, expeditionem facit. Tachi classi praest Chabrias.

Ol. 104, 4. $\frac{361}{360}$ Nicophemus.

Pax inter Graecos componitur, quam Lacedaemonii propter Messeniorum civitatem foedere comprehensam non accipiunt.

Ol. 105, 1. $\frac{360}{359}$ Callimedes.

Timotheus ad Amphipolin ab Olynthiis repulsus.

Perdicca Macedoniae rege ingenti proelio ab Illyriis superato caesoque Philippus anno aetatis tertio et vicesimo imperium suscipit (initio anni 359) strenueque adversus duos aemulos tuetur, Pausaniam illum, qui Thracum auxiliis aliquamdiu sustentabatur, et Argaeum, quem Athenienses, si regno potitus esset, Amphipolin sibi redditurum sperantes adiuvabant. Hunc quum Mantias Atheniensium dux, qui ad Methonen urbem stationem habebat, ad tentandas Aegas, caput Macedoniae, cum parte militum praemisisset, infectis rebus redeuntem Philippus aggressus vicit. Quo facto Atheniensibus quibusdam quos proelio ceperat dimissis literisque ad populum datis, quibus eum ad pacem componendam invitabat, Amphipolin sui iuris esse concessit eaque conditione pacem impetravit. Id factum est post mediam aestatem anni

Ol. 105, 2. $\frac{359}{358}$ Eucharistus.

Philippus autem tam gravi periculo liberatus Paeoniam subegit et magnam partem Illyriae, quae olim Macedoniae fuerat, vi armorum recepit auctoque ita et firmato imperio

Ol. 105, 3. $\frac{358}{357}$ Cephisodotus.

Amphipolin aggreditur, quo tempore Athenienses celebrata illa in Euboeam expeditione Thebanos hac insula potitos intra triginta dies victos decedere coegerunt pacemque inter Euboeenses restituerunt.

Interim Amphipolitae, priusquam a Philippo obsiderentur, legatos Athenas miserant auxilium adversus Philippum imploraturos urbemque in fidem Atheniensium tradituros. Hi ne exaudirentur, Philippus inter ipsam obsidionem urbis literis ad Athenienses missis non sibi se Amphipolin, sed Atheniensibus expugnaturum affirmavit, atque ipsi legati Atheniensium, qui iam antea ad regem de amicitia acturi missi erant, eum incitabant, ut Athenienses in recuperanda Amphipoli adiuvaret, vicissim Pydnam pollicentes. Dum ea res Philippum inter et senatum Atheniensium transacta populum incerta spe erectum tenet, ille proditorum ope Amphipolin, paullo post etiam Pydnam in suam potestatem redegit. Quo facto quia promissis stare nollet, Athenienses bellum pararunt, quod quamvis remisse et negligenter usque ad Ol. 108, 2 gestum est.

Belli Amphipolitani annus 1. Eodem anno (vere 357) nondum expugnata Amphipoli Rhodii quum a Mausolo Cariae regulo sollicitati tum propter Charetis superbiam societate cum Byzantiis, Chiis et Cois facta ab Atheniensibus defecerunt. Sic bellum sociale ortum est, quod Athenienses per tres annos infeliciter gessere.

Belli socialis annus 1.

Ol. 105, 4. $\frac{357}{356}$ Agathocles.

Belli Amph. a. 2. Olynthii autem quum ob crescentem in dies Macedonum potentiam sibi metuentes cum populo Atheniensium Philippi pollicitationibus decepto frustra de foedere egissent, Philippus statim post expugnatam Amphipolin facile illos Potidaeam pollicendo ad societatem secum ineundam permovit. Itaque Potidaeam Atheniensibus ereptam simul cum Anthemunte Macedoniae oppido Olynthiis concessit auctorque iis exstitit belli cum Atheniensibus gerendi.

Belli socialis a. 2.

Chabrias Chium oppugnans occiditur.

Ol. 106, 1. $\frac{356}{355}$ Elpines.

Belli Amph. a. 3. Menestheus, Iphicrates et Timotheus imperatores classe sexaginta navium Athenis profecti, ut cum Charete, qui parem numerum navium habebat, coniuncti socios rebelles debellarent, impedire non potuerunt, quominus Lemnus, Imbrus, Samus aliaeque Atheniensium insulae ab hostibus devastarentur. Qui quum in Hellesponto propter vim tempestatis confligere cum hostibus recusassent, per

Belli socialis a. 3.

Charetis accusationem ab imperii munere remoti sunt; Chares autem toti classi praefectus, quia stipendia militibus solvere non poterat, misso bello sociali ad Artabazum profectus cum rege Persarum bellavit. Ob eam rem indignatus rex quum sociis Atheniensium rebellantibus subsidia pollicitus esset, Athenienses auctore Eubulo pacem cum sociis fecerunt (aestate 355).

Eodem anno Philippus Thraces, Paeones et Illyrios communiter belli consilia agitantes subito adortus subegit.

Ol. 106, 2. $\frac{355}{354}$ Callistratus.

Bellum sacrum s. Phocicum decennale exortum est. Phocenses enim quum multam ab Amphictyonibus propter cultum agrum Cirrhaeum ipsis irrogatam graviter ferrent, Philomelo auctore et duce Ol. 105, 4. templo Delphico potiti erant. Ob eam rem bello initio cum Locrensibus Thebanisque gesto iam pleraeque civitates Graeciae implicabantur. Belli Amphip. a. 4. Belli sacri a. 1.

Ol. 106, 3. $\frac{354}{353}$ Diotimus. Belli Amph. a. 5.

Philomelus magna clade a Thebanis affectus sibimet ipse mortem conscivit. Quo facto frater eius Onomarchus imperium suscipit. Belli sacri a. 2.

Demosthenes ad rempublicam accessit oratione περὶ συμμοριῶν Athenienses a bello contra Persas suscipiendo dehortans.

Eodem anno (vere 353) Philippus maris imperium affectans Methonen urbem Atheniensium sociam expugnavit.

Ol. 106, 4. $\frac{353}{352}$ Theodemus s. Eudemus.

Paullo post etiam Pagasas, navale Pheraeorum, et Magnesiam cepit. Nam in Thessaliam accitus, ut Thessalis adversus Pheraeorum tyrannos eorumque socios Phocenses opem ferret, primo Phayllum Phocensium ducem vicit, tum ab Onomarcho Phaylli fratre duobus proeliis superatus in Macedoniam recedere coactus est, sed mox cum maiore exercitu in Thessaliam reversus Onomarcho victo caesoque, quum belli in Phocidem transferendi caussa Pylas peteret, a Nausicle, quem Athenienses cum classe ad obsidendas Pylas miserant, impeditus infectis rebus in Macedoniam rediit. Haec facta sunt vere anni 352 aut aestate. Belli Amph. a. 6. Belli sacri a. 3.

Ol. 107, 1. $\frac{352}{351}$ Aristodemus. Belli Amph. a. 7.

Philippus a Pylis repulsus in Thraciam se contulit, ubi castellum Iunonium oppugnavit viam sibi ad Byzantium occupandum muniturus. Belli sacri a. 4.

Phayllo, qui Onomarchum in imperio exceperat, mortuo Phalaecus summae rerum praeficitur.

Ol. 107, 2. $\frac{351}{350}$ Thessalus. Belli Amph. a. 8.

Philippus postquam in Thracia res suo arbitrio constituit, Chalcidicas urbes adoritur. Olynthii, qui iam Ol. 106, 4., quum pericu- Belli sacri a. 5.

losam sibi cum rege societatem esse intellexissent, pacem cum Atheniensibus fecerant, legatos Athenas miserunt auxilia rogatum (vere 350). Quae ut decernerentur citoque mitterentur, Demosthenes suadet (Olynth. 1. et 2.).

Ol. 107, 3. $\frac{350}{349}$ Apollodorus.

Chares cum mercenariis auxilio missus Olynthiis aliquid victoriae reportavit. Demosthenes tertiam Olynthiacam habuit.

Belli Amph. a. 9. Belli sacri a. 6.

Eodem anno (349) Phocio ad auxilium Plutarcho Eretriae tyranno adversus Clitarchum ferendum in Euboeam missus, quum ad Tamynas rem bene gessisset, a Plutarcho una cum militibus comprehensus non prius in libertatem restitutus est, quam 50 talenta solvisset. Ob eam caussam Plutarchum postea Euboea eiecit.

Ol. 107, 4. $\frac{349}{348}$ Callimachus.

Belli Amph. a. 10. Belli sacri a. 7.

Demosthenes Athenienses ad bellum acrius gerendum frustra hortatur (Philipp. 1.). Nam Philippus plerisque urbibus Chalcidicis potitus

Ol. 108, 1. $\frac{348}{347}$ Theophilus.

verno tempore (347) Olynthum proditione cepit.

Ol. 108, 2. $\frac{347}{346}$ Themistocles.

Belli Amph. a. 11. Belli sacri a. 8. Bellum Amphip. componitur. Belli sacri a. 9.

Athenienses etsi post excisam Olynthum ceteros Graecos ad communionem belli invitarant, tamen ad pacem ineundam quam ad bellum continuandum proniores, quum Philippus quoque velle se cum ipsis in gratiam redire significasset, decem legatos in Macedoniam miserunt regem rogaturos, ut legatos pacis componendae caussa Athenas mitteret (hieme 347, certe post Boedromionem). Quod ubi ille promisit, abeuntibus e Macedonia legatis Atheniensium rex cum exercitu ad debellandum Cersobleptem Thraciae regem, Atheniensium socium, profectus, dum Athenis de pace agitur, Serrheum, Doriscum aliaque castella Atheniensium expugnavit et ipsi Chersoneso imminuit. Interim Athenis

Elaphebolionis die octavo (Martii die 9. 346)*), quo die Ae-

---

*) Mensium huius anni haec ratio est:

1) Hecatombaeo	(30 dierum)	ab Iulii die	8	usque	ad Augusti d.	6.	347.
2) Metagitnio	(29)	,, Aug.	7	,,	,, Septembr.	4.	
3) Boedromio	(30)	,, Sept.	5	,,	,, Octobr.	4.	
4) Pyanepsio	(30)	,, Oct.	5	,,	,, Novembr.	3.	
5) Maemacterio	(29)	,, Nov.	4	,,	,, Decembr.	2.	
6) Posideo	(30)	,, Decbr.	3. 347.		,, Ianuar.	1. 346.	
7) Gamelio	(29)	,, Ian.	2	,,	,, Ian.	30.	
8) Anthesterio	(30)	,, Ian.	31	,,	,, Mart.	1.	
9) Elaphebolio	(29)	,, Mart.	2	,,	,, Mart.	30.	
10) Munychio	(30)	,, Mart.	31	,,	,, April.	29.	
11) Thargelio	(29)	,, April.	30	,,	,, Mai.	28.	
12) Scirophorio	(29)	,, Mai.	29	,,	,, Iunii	27.	

sculapia agebantur, de conditionibus pacis deliberatur, et postquam legati Philippi advenerunt,

Elaphebol. 18. (Martii 19.) pax decreta est additumque, ut liceret sociis quicunque vellent intra tres menses in formulam pacis recipi. Altero die

Elapheb. 19. foedus quoque decernitur.

Elapheb. 24. Athenienses et sociorum legati qui aderant (non aderant autem Phocensium et Cersobleptae legati) pacem iureiurando confirmant. Demosthenes, qui legatos Philippi domum abeuntes Thebas prosecutus erat, quum Philippum quam celerrime iureiurando obstringendum esse intellexisset, in contione populi suadet, ut legati quam citissime ad Philippum proficiscerentur, factaque senatui maturandae eius rei auctoritate

Munychionis die 3. (April. 2.) decretum pertulit, ut legati quam citissime urbe proficiscerentur eosque Proxenus, qui naves ad Oreum in ancoris tenebat, ad Philippum, ubiubi is versaretur, deduceret. Nihilominus legati quum post aliquot dies urbe egressi essent, neglecto senatus consulto itinere terrestri per ambages in Macedoniam profecti Pellae desederunt, usquedum Philippus subacta Thracia cum Cersobleptae filio obside rediit (Thargelionis die 22. s. 21. Maii). Sed ne tum quidem rex pacem iureiurando confirmavit, sed statim iter in Phocidem parat callideque, quid consilii ageret, celans legatis Atheniensium aliarumque Graeciae civitatum eum comitantibus ingressus est, denique (Scirophorionis initio) Pheris in deversorio quodam ipse cum sociis suis iusiurandum dedit ita, ut Halenses et Phocenses pace excluderet. Quo facto quum legati Atheniensium a rege discessissent, statim ille Halo urbe expugnata recta ad Thermopylas tendit, quas tum Phalaecus dux Phocensium tuebatur.

Legati Atheniensium post tres menses

Scirophorionis die 13. (Iunii d. 10.) Athenas reversi literas Philippi, quibus ille hanc moram excusaret, attulerunt, et convocata contione

Scirophorionis d. 16. Aeschines et Philocrates, dum rationes legationis suae reddunt, populum de Philippi ad Thermophylas adventu sollicitum vanis promissis decipiunt efficiuntque, ut Demosthenes ne audiretur, qui etiamtum Phocenses suis consiliis ab interitu servaturus erat. Itaque Phalaecus desperato Atheniensium auxilio

Scirophor. 23. Pylas prodidit ea conditione, ut sibi cum militibus suis discedere liceret. Quo facto rex statim Pylas transgressus Phocidem summa vi et celeritate occupavit. Cuius rei nuntium quum

Dercyllus nuperrime legatus cum aliis ad Philippum missus ex itinere redux Athenas attulisset

Scirophor. 27., Athenienses, qui iam deceptos se sentiebant, bellum redintegraturi erant, ni eos et Philippus literis missis sedasset et ipsa periculi magnitudo in tanta sociorum inopia deterruisset.

Ol. 108, 3. $\frac{346}{345}$ Archias.

Convocatum auctumno (346) a Philippo concilium Amphictyonum, ad quod Athenienses Phocensium calamitate indignati legatos non miserunt, decretum illud Phocensibus exitiosum tulit, quo urbes in Phocide omnes dirutae, ipsi armis traditis in vicis habitare iussi sunt; porro magnam partem Phocidis et plures urbes Boeotiae, ut Corsias, Coroneam, Tilphosaeum, in Thebanorum ditionem tradidit, denique Philippum inter Amphictyones receptum duobus suffragiis, quae Phocensium fuerant, ornavit. Itaque quum legati Philippi et Thessalorum Athenas missi populum ad comprobandum hoc decretum invitarent, Demosthenes temporibus cedendum esse docuit suasitque, ut legatis obtemperaretur paxque servaretur (or. de pace).

Ol. 108, 4. $\frac{345}{344}$ Eubulus.

Philippus, ubi Illyrios rebelles in ordinem coëgit, in Thessaliam propter Pheras denuo intestinis turbis agitatas (vere 344) profectus Thessaliam, quo magis sibi obnoxiam haberet, in quattuor tetrarchias descripsit singulisque civitatibus denos viros quos ipse vellet praefecit. Inde militum pecuniaeque subsidiis in Peloponnesum missis, ut Messeniis Argivisque contra Lacedaemonios auxilium ferret, ipse eodem traiecturus erat,

Ol. 109, 1. $\frac{344}{343}$ Lyciscus.

ni Athenienses his moliminibus regis excitati Demosthenem cum aliis legatis in Peloponnesum misissent, ut Argivos Messeniosque a societate Philippi avocaret. Cuius legationis etsi parum felix eventus fuit, tamen Philippus, qui Athenienses vigiles esse vidisset, nondum tempus esse ratus redintegrandi belli, Atheniensibus in praesentia cessit. Itaque missis legatis conquestus est, quod se iniuria apud ceteros Graecos criminarentur, utpote paratum pacis servandae caussa, quidquid vellent, facere. Simul Argivorum Messeniorumque legati aderant conquerentes, quod Athenienses Lacedaemoniis Peloponnesi imperium affectantibus clam opitularentur. Tum Demosthenes orationem habuit (Philipp. II.), qua et quid legatis respondendum esset doceret et populum ad renovandum bellum moveret. Athenienses autem quum ad firmandam pacem Hegesippum cum aliis legatis ad Philippum misissent, qui eum Amphipolin et quicquid Thraciae inter ipsam pacis pactionem occupasset sibi reddere ceterisque Graeciae civitatibus,

etiamsi non essent in pacem foedusque receptae, abstinere iuberent; Philippus parum comiter exceptis legatis nihil aliud nisi Halonnesum insulam, quam ille a Sostrato pirata Atheniensibus ereptam occupaverat, dono se daturum affirmavit.

Eodem anno vel ineunte

Ol. 109, 2. $\frac{343}{342}$ Pythodotus.

quum Philippus Megaris insidiaretur, Athenienses copiis ad Drymum in Phocide et Panactum eductis et Phocione cum exercitu Megara misso impediverunt, quominus consilium suum exsequeretur. Itaque rex, ut mari Ionio potitus facilius in Peloponnesum traiicere posset, in qua exspectatus regis adventus ingentes turbas excitaverat, expeditionem in Ambraciam et Leucadem paravit. Sed etiam hoc regis consilium irritum reddidit Demosthenes, quo auctore et copiae in Acarnaniam eductae et legati, in quorum numero ipse Demosthenes fuit, in Peloponnesum et in Acarnaniam, fortasse etiam Ambraciam missi sunt, qui Graecos ad repellendum Philippum incitarent.

Eodem tempore Philippus etiam Euboeam instituendis, qui suis partibus faverent, tyrannis sibi obnoxiam reddere studuit, ita ut iam summa esset Atheniensium eorum, qui patriae bene vellent, indignatio. Qua motus Demosthenes de secunda legatione Peloponnesiaca redux exeunte anno 343. Aeschinem proditionis (falsae legationis) accusavit.

Verno temporo (342) Philippus cum exercitu in Thraciam profectus, quum Diopithes Atheniensis post Ol. 108, 2. cum colonis in Chersonesum missus Cardianos vexaret ceterisque Thracibus adversus Philippum opitularetur, legatis Athenas missis postulavit, ut Cardia abstinerent aut caussam apud arbitros disceptarent; simul iis denuo per literas promisit Halonnesum se daturum. Tum Demosthenes aliique (ut auctor orationis de Halonneso) Atheniensibus, ne suam insulam quam iure repeterent sibi dono dari vellent, suaserunt.

Ol. 109, 3. $\frac{342}{341}$ Sosigenes.

Hieme (341), quum Philippus iam decimo mense in Thracia versaretur, Demosthenes de Chersoneso dixit, qua oratione moti Athenienses et legatos ad Philippum miserunt, qui Cersobleptem debellari vetarent, et Diopithi agere ut e re sua esset permiserunt. Ita etsi Cersobleptem tueri non poterant, qui superatus a Philippo regnoque expulsus Athenas se recepit, tamen Chersonesum servarunt.

Interim Philippus (v. Ol. 109, 2.) per Euboeensium discordiam Porthmo potitus Eretriae Clitarchum, Orei Philistidem summae rerum praefecerat. Quare Demosthenes vere (341) Athenienses ad

bellum suscipiendum excitabat (Philippica III.). Eodem anno cum Callia Chalcidensi, cuius summa erat apud suos auctoritas, commune Euboeensium ceterorumque Graecorum adversus Philippum foedus cogere studebat. Clitarchus et Philistides de suo uterque principatu timentes frustra cum Atheniensibus de foedere agebant. Nam Demosthene suadente

Ol. 109, 4. $\frac{341}{340}$ Nicomachus.

Phocio cum exercitu in Euboeam missus tyrannos expulit Euboeensibusque libertatem restituit. Quamobrem Demosthenes auctore Aristonico corona aurea donatus est Dionysiis magnis (Martio 340).

I N D E X.

A.

B.

Γ.

Δ.

P.

Σ.

X.

Ψ.

Ω.

Lipsiae, impressit F. A. Brockhaus.

Errata:

1) in verbis oratoris:

p. 123. v. 4. lege Ἀθηναίοις pro Ἀθηναίους.

2) in notis criticis:

p. 19. v. 1. . . . FΣ et (ετέ rec. suprascr.) B pro FΣ et B.
p. 196. v. 5. . . . πειραιέως pro πειραίεως.

3) in adnotationibus:

p. 16. v. 8. . . . foenore pro foenere.
p. 90. v. 14. . . . εἴπετέ μοι pro εἴποιτέ μοι.
p. 133. v. 23. . . . Θηβαίοις pro Θηβαίους.
p. 187. v. 5. . . . ᾗ pro οὗ.

